



**Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de  
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non  
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

§. II. Solvuntur objectiones

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](#)

## DE POTESTATE LEGIS HUMANÆ.

549

*Vel gravi urgente necessitate publicæ salutis, de vita & bonis civium disponere possit.*

*Ex dictis colligitur, legem humanam obligare cum vita dispendio, quando ejus violatio redundat in contemptum legislatoris; ut si quis comminando mortem alteri, induceret eum ad frangendum jejunium Ecclesiæ, vel ad omittendum lacrum in die festo, in odium Ecclesiastice potestatis, vel in contemptum fidei aut cultus divini, tunc enim illa etiam cum vita dispendio præceptum Ecclesiæ observare deberet, quia majoris momenti & utilitatis est, defensio fidei & Ecclesiastice potestatis, quam vita propria conservatio. Sicut Eleazarus 2. Macha b. 6. laudabiliter mortem sustinuit, ne legem Mofasicam violaret, & carnes potinas ederet, quia in odium & contemptum legis ac religionis Iudaicæ eas edere compellebatur.*

§. II.

### Solvuntur objectiones.

**62.** *Contra primam partem nostræ conclusionis obicit Almaianus: Conserve vitam est de lege naturæ: Ergo nulla lex humana potest contrarium præcipere.*

*Verum ad hoc solutio patet ex supra dictis, respondetur enim non esse legis naturæ conservare vitam in quoconque casu, sed potius naturali rationi consentaneum esse, ut vita possit exponi periculo, propter honestatem & necessitatem boni communis, præferri si mox unius vita & salus plurimorum conservanda est.*

**63.** *Contra secundam obicit Cajeranus: Lex humana obligat ad peccatum, ut articulo præcedenti ostensum est: Sed peccatum cum quovis periculo & dispendio evitandum est: Ergo lex humana cum quovis periculo & dispendio servanda est. Quod confirmat variis exemplis, in quibus aliquæ leges humanæ cum dispendio vita obligare videntur: homo enim (inquit) tenetur potius mori, quam contrahere matrimonium sine dispensatione cum consanguinea. Sacerdos debet potius mortem eligere, quam celebrare sine vestibus sacris, vel alius lege tantum humana requisitus. Item Innocentius III. cap. SACR. Dei ius que vi metus y' causâ sunt, docet ab excommunicatis abstinentiam esse, etiam cum discrimine vita?* Demum regula Carthusianorum non vescendi carnis, etiam cum vita discrimine, ab agrotis servari debet.

**64.** *Huic etiam argumento facile responderetur, legis humanæ obligationem cessare communiter, quando periculum vita, vel gravis alterius danni incurrit, id est que non obligat eo casu ad peccatum, neque culpabilem esse ipsius omissionem.*

**65.** *Ad exempla vero, in primis dico, quod quavis vera essent, id nobis non obesset, quia non est par ratio aut necessitas in omnibus aliis legibus vel præceptis humanis.*

*Respondeo secundò, valde dubium & incertum esse, an leges humanæ in prædictis casibus cum vita dispendio obligent. In primis enim quoad primum exemplum muti docent posse aliquem meum mortis contrahere matrimonium sicut cum consanguinea, absque consummatione, scut de Malcho Monacho narrat D. Hieronymus in vita illius. Similiter multi existimant, meum mortis licitum esse sine ueste sacra, & sine aliis iure humano requisitis, missam celebrare, nisi merus mortis incurvatur ad hoc faciendum in*

*Tom. III.*

*A contemptum religionis, vellegis, aut ob alium finem malum. Idem dicendum de communicatione cum excommunicato, illa enim licita est, si periculum mortis imminet, dummodo non cedat in dedecus & contemptum Ecclesiastica potestatis. Unde in cap. QUONIAM multos, II. quæst. 3. & cap. INTER, de sententia excommunicationis, dicitur propter famis necessitatem licitum esse communicare cum excommunicato, procurando subsidium, modo non cedat in dedecus Ecclesiæ.*

*Ad caput vero Sacra, respondet Soto lib. I. de iustitia quæst. 6. art. 4. illud caput intelligendum est, interveniente scandalo plebis insipientis leges Ecclesiasticas contemni. Alii dicunt intelligendum esse de meru incusso in contemptum censure Ecclesiastica. Alii de meru mortis levi, non excusante a legi obligatione & culparum penitus non excludente.*

*Demum ad regulam Carthusianorum, quæ agrotis prohibetur elsum carnium, etiam cum vita discrimine, respondent aliqui Doctores Parisienses, nempe Martinus de Magistris, Almainus, Germon, Major, & alii, illam non solùm non obligare, sed etiam, si adulteri periculum, teneri Carthusianum jure naturæ ad elsum carnium, & peccare contra ius naturale de conservanda propria vita, si ab illis abstineat. Verum hanc sententiam à veritate proflus alienam existimo, motus primò auctoritate illius sanctissimi instituti, quod tacite saltem approbatur ab Ecclesia, quæ ob summam illius facti Ordinis auferitatem, & exactam regulæ observantiam, permittit ut ceteri omnes Religiosi, petiā (licet non obtentā) facultate à superioribus, possint ad hanc Religionem transire. Secundò, quia sacratissima illa Carthusianorum lex, à miraculo incepisse dicitur, quo carnes paratae pro infirmo aliquo hujus Ordinis, in pices conversae sunt. Tertiò, quia licet lex humana, ubi non continet ius naturale & divinum, cum periculo evidenti mortis non obligat, nihilominus non propterea lequitur, non posse quempiam cum tali periculo eam observare. Religiosus enim videns mortem suam accelerari ex observatione rigoris sui Ordinis, laudabiliter tamē, & cum merito, eum potest observare. Item homo gravi paupertate laborans, non tenebat ad vitam conservandam, pharmacum carissimi pretii emere, siquid illud per omnium honorum suorum jacturam & venditionem procurare. Potest etiam quis ad liberandum amicum exponere se periculo mortis, & in naufragio, parti, vel principi vel egregio viro licitum est tabulam relinquere, cum eam posset quicunque commodè capere, & mortem vitare. Cur ergo pariter non poterit Carthusianus tutâ conscientiâ abstinet à carnis, urgente ad id oblatione luæ regulæ, licet ex Medicorum comunicatione videat sibi mortem ex hac abstinentia immovere?*

*Respondent alii cum Vistoria, relectione de temperantia, num. 8. & sequentibus. Carthusianum in extrema necessitate agrestudinis constitutum, posse licet à carnis abstinentre, non tamen teneri, sed posse etiam licet eis velci, si id judicio Medicorum omnino sit necessarium ad vitam tuendam.*

*Ego probabimus cetero cum nostro Aravio in Traictatu de legibus diap. 2. lect. 3. difficult. 2. 68. Carthusianum in casu proposito, non solùm posse, sed etiam tenei cum vita dispendio aut periculo, à carnis abstinentre; quia quidquid licitum est, præcipi potest, & fieri statuto necessarium, ad boni*

Zzz 3

boni communis in columitatem. Addo quod, ut supra dicerebamus, quotiescunque id quod praecipitur legi humana, ita conductit ad bonum commune, ut majus bonum commune sit, observare legem, quam servate propriam vitam, tunc lex humana obligat etiam cum dispendio vita: Sed majoris momenti est conservatio strictioris obseruantiae ac disciplinæ in toto Carthusianorum Ordine, quam vita unius Caethusiani: Ego in casu positio, non solum potest, sed etiam debet ac tenetur Carthusianus a carnibus abstinere, ad boni communis in columitatem, & strictioris obseruantiae conservationem. Similiter etiam possumus & debent aliorum Ordinum Religiosi, ex amore & reverentia sua regula, ita illam servare, præ morbo liberari nolint, si necesse sit, constitutiones sua Religionis violare, & si ex earum violatione, obseruantia regulæ non parum teperceret, & disciplinæ religiosæ vigor multum imminueretur.

## ARTICULUS V.

*Quinam legibus humanis teneantur?*

**S**ub hoc titulo quatuor difficultates comprehenduntur, quæ hic breviter resolvendæ sunt. Prima est, an Principes & Legislatores suis legibus subjiciantur, easque servare teneantur? Secunda, an personæ Ecclesiasticae legibus civilibus Principum facultatum obligentur? Tertia, an Religiosi exempti teneantur Synodalia Episcoporum de cœta servare? Quarta, an peregrini teneantur legibus loci per quem transiunt?

## S. I.

*Prima difficultas duplicit conclusione resolvitur.*

**D**ico primò, Princeps seu Legislator suis legibus subditur, quoad potestatem directivam. Ita D. Thomas hic art. 5. ad 3.

Probatur breviter: Lex humana est regula humanorum actuum in ordine ad bonum commune: Atqui non solum actus subditorum, sed etiam actus Principis & Legislatoris, qui debent conformari corpori & membris communitatis (alias deformitas maxima esset in illa, juxta illud Augustini 3. Confess. cap. octavo, Turpis est omnis pars suo universo non congruens) sunt dirigibiles & ordinabiles in bonum commune: Ego non solum subditi, sed etiam Princeps & Legislator subduntur legibus suis, quantum ad vim directivam.

Confirmatur: De ratione legis humanae est, materiam à se præceptam constituere in aliqua specie virtutis moralis, ut recte notavit Scotus lib. 1. de justitia quæst. 6. art. 7. Ergo lex humana semper posita, respicit & obligat omnes illos quos respicit & obligat virtus illa: Sed virtus moralis non solum subditi, sed etiam Principes & Legislatores obligat: Ergo & lex humana. Unde L. Digna vox, C. de legibus, sic dicitur: Digna vox maiestate regnantis est, legibus alligatum se Principem proficeri. Et L. Princeps fit de legibus: Pareto legi quisquis legem sanxeris. Similia habentur in iure Canonico, cap. Iustum dist. 9. his verbis: Iustum est Principem legibus obtemperare suis. Tunc enim ju-

Ara sua ab omnibus custodienda existimat, quando & ipse illis reverentiam probat. Erne videatur id consilii tantum causâ dici, subditus: Principes legibus teneri suis, nec in se posse damnare jura, que in subjectis constitunt, justa est enim vocis autoritas eorum, si quod populus prohibet, sibi licere non patiantur. Demū Ambrocius ad Valentianum Imperatorem Epist. 32. ita loquitur: Quod cum prescriveristi, aliis prescriveristi & tibi. Leges enim Imperator fert, quas primus ipse constituit.

Si autem quæras, unde hæc obligatio in Principiis oriatur; Respondeo varia circa hoc esse Authorum placita. Nonnulli enim censem ad id teneri Principem exactio pacto & conventione cum Republica, à qua sub hac conditione legislativam potestatem accepit, ut ipse à suis legibus non eximeretur. Alii hanc obligationem referunt ad voluntatem ipsius legislatoris, quæ scilicet in sua lege includit. Alii dicunt Principem obligari ad suas leges sive vandas, ratione scandalii quod subditis præberet, si legem, quam alii imponit, ipse non servaret, cum legis efficacia ex Principiis exemplo maximè dependeat. Sed melius respondetur cum Cajetano hic art. 5. hanc obligationem in Principiis ex ipsa lege naturali, quæ dicitur postea legi positivæ obligante totam Rempublicam, obligari & Principem ipsum ad eam servandam, ut caput ejusdem mystici corporis; cum non minus contraria rationem sit, caput discordare à membris, quam membra à capite.

Duo tamen ibidem observat Cajetanus: Primum, Cum dicitur quod Princeps subjicitur legi, non intelligitur de lege speciali, præ militum, nisi ipse sis miles; sed intelligitur de lege communis. Secundum, Cum Princeps subjicitur legi, intelligitur subjici proportionaliter, ut decet Principem, non sicut alios subditos. Similia habet Soto loco supra citato, ubi haec scribit: Quando statuimus Principem legibus subdi suis, iste eligimus de legibus quæ ex aequo ad ipsum perinde atque ad subditos spectant. Precipit Rex, neminem gladio succinctum incedere, aut serici indutum: non est par ratio cur ipse eidem abstineat. Indutus autem Papa jejunium, aut festi solemnitatem: eadem est equitas in ipso, nisi iusta de causa secum, veluti cum aliis, dispensaverit.

Dico secundò, Princeps seu legislator non subditur suis legibus, quo ad vim coercitivam seu coercitivam. Ita communiter docent Theologii cum S. Doctore supra citato.

Probatur ex discriminatione quod reperitur inter vim directivam & coercitivam seu coercitivam legis: vis enim directiva respicit suos actus licitos, vel illicitos, aut indistinctos; coercitiva vero, seu coercitivam, pœnam inductivam ad obseruantiam legis: Sed Princeps non potest cogi vel puniri pœnam inductivam ad legis obseruantiam, cum nullum habeat superiorum à quo cogatur, & nemo propriæ a seipso cogi possit, quippe cum istud contra ordinem naturæ pugnet: Ergo Princeps non subditur suis legibus quoad vim coercitivam seu coercitivam, sed ab eis quantum ad obligationem pœnae suæ unde solitus est. Unde cōcautio, vigilantiūque debent principes suas leges servare; quod ad eorum pœnam subendarū nullo in terris cogi possunt, nec acerbius pati cogantur a supremo Juge Deo, cuius manus nemo effugere potest. Hinc teste Gloria allusit David Psalm. 50. Deo dicens: Tibi soli peccavi, quasi diceret: Nullum in terris superiorum agnosco, qui meum peccatum judicare, ac punire queat.